



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXXIII. De Morte Swantepolci Ducis Pomeraniae & rebellione  
Mestovvini filii sui contra Fratres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hano de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.*

*Ludovicus de Baldersheim VII. Mag. Prov. in Prussia.*

gnatorum venit ad terram Pruschia, *ni non sine multa sanguinis*  
& cum aliud agere non posset, de con- *sui effusione de ipsis trium-*  
filio Magistri & Fratrum ædificavit ca- *phabant.*  
strum Brandenburg & à nomine Marchionatus sui ad perpetuam memoriam sic voluit appellari.

ANIMADVERSIONES.

- (a) De ædificatione castri Brandenburg nihil habet Jerofchinus Interpretus Dusburgii.  
(b) Nomine Otto ( ut dictum est cap. 120. ) cognomine vero Pius. Cum ex Palæstina rediisset, contra Prussos profectus est. Andr. Angelus *lib. 2. Annal. March. pag. 107.*

CAP. CXXIII.

De

*Morte Swantepolci Ducis Pomeraniæ  
& rebellionem Mestovini filii sui contra  
Fratres.*

**H**Oc anno Svantepolcus Dux *Anno Domini MCCCLXVII.*  
Pomeraniæ decidit in lectum, & *Soldanus Babiloniæ Armeniæ*  
ut cognovit, quod moreretur, voca- *destructâ Antiochiam unam*  
vit ad se filios suos & pro testamento *de famosioribus Civitatibus*  
ultimo, quod morte confirmavit, de- *Orbis cepit, & occisis & ca-*  
dit eis hanc doctrinam; dicens: Post- *ptis omnibus ipsam in solitu-*  
*tudinem redegit.*  
quam inter me ex una parte & Fratres Domus Teutonicæ ex altera bellum crevit, ego semper decrevi; per fas & per nefas & variis modis impugnavi eos, & non profeci, quia Deus cum eis est, & pugnat pro eis. Undè consulo, quod nunquam vos eis opponatis, sed cum omni reverentia honorate. Huic doctrinæ

Ee 3

næ

*Hanno de Sangerhausen VII. Magister Gen. Ord. Teut.  
Ludovicus de Baldersheim VII. Mag. Prov. in Prussia.*

na non adhaesit Mestrovvinus primogenitus ejus. Sed mortuo Patre, dum esset Dux Pomeraniae, temerario quodam ausu, sequens sinistra patris sui prima vestigia, induxit Pruthenos; quod cum exercitu terram Colmensem & Episcopatum Pomesaniensem ex opposito castri sui Nuvvenburg destruerent incendio & rapina, & XV. naves Fratrum oneratas rebus necessariis ad defensionem fidei & fidelium Prutheni ex una parte Wifese & castrenses de Nuvvenburg ex altera fortiter impugnaverunt, quousque nautae coacti, cum aliter evadere non possent, ejectis de navibus rebus omnibus evaserunt.

*An. Domini MCCLXVIII.  
Conradinus Nepos olim Frederici Imperatoris II. in bello à Karolo Rege Celtae praedicto capitur & cum multis Nobilibus de Almannia decapitatur.*

### CAP. CXXIV.

*De*

### *Vindicta hujus rebellionis.*

Quo percepto, Magister & fratres collecto magno exercitu intravit in die Beatorum Petri & Pauli Apostolorum terram Pomeraniae circa castrum Dersoviam & utriusque castri territoria circumjacentia captis multis hominibus & pecoribus incendio devastavit. Quo facto Mestrovvinus Dux Pomeraniae, qui prius tanquam Leo saevit in fratres, & eorum subditos, modo ex vexatione hujusmodi mitigatus cum multis precibus humiliando se obtinuit à magistro, quod inter eum magistrum & Fratres fuit pax pristina reformata.

CAP.